Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. psalm.
Quare fremuerunt. ant. In sole posuit tabernaculum suum et
ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. ps. Celi enarr.
ant. Elevamini porte eternales et introibit rex glorie. ps.
Domini est terra. ant. Speciosus forma pre filiis hominum
diffusa est gratia in labiis tuis. ps. Eructavit cor meum. ant.
Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. ps. Mag
nus dominus. ant. Orietur in diebus domini et habun
dantia pacis et dominabitur. ps. Deus iudicium tuum. V.
Tanquam sponsus. R. ex omel. venerabilis Bede presbyteri. L. i.
Veniens in carne dei filius qui solam carnis na
turam nullam autem peccati contagionem traxit
de adam et qui spiritus sancti virtute de virgine conceptus nul
lo munere eguit renascentis. utriusque genus purificationis
subire dignatus est. R. Hodie nobis. sicut in die. L. ii.
Circumcisus a parentibus octavo die nativitatis
est. et tricesimo etatis anno baptizatus est
a iohanne immo etiam tertium salutaris hostie mu
nus ipse templi dominus presentarique non respuit offerri. R.
Hodie nobis de celo. lectio. tercia. Dehinc die tri
cesima tercia domino opitulante nostra caritas simul
auditura est et celebratura misterium. Cuncta et legalis
et ewangelice purificationis genera. qui nullo indi
guit dominus suscipere non despexit ut confirmande tam le
gis decreta suo tempore doceret esse saluberrima. et adve
nientis ewangelii cunctis fidelibus ostenderet eque sec
unda remedia. R. Descendit de celis deus verus. lectio. iiii.
Quod dominus eodem die sue circumcisionis no
men ut ihesus vocaretur accepit ad imitationem